Processus de occiso studioso ex Schola Scti Joannis

Cancellarius, Egregius et Venerabilis domini Doctor Josephus Ca-
narzewskij, Magister Joannes a Tharzin Senior Bursae Pauperum
et Magister Jacobus Gorskij. Item ad Spectabilem
Consulatum Crac. Magister Vandrogowskij Albertus, et Magister
Sigismundus Obrempskij qui contumaciter ire noluit
et ex Studentibus octo. Quinquidem Nuncij Universitatis
honorifice utrobique excepti sunt et promissionem de pu-
niendo homicida ubi consanguinei illius instigaverunt
certam et firmam retulerunt. etc.

Tandem anno quo supra.
Die Veneris XXVI Martii.

Instante Venerabili Magistro Stanislao Zawaczki cognomento Pico, Cracoviensis minoris
Collegii Collegiato facta est Convocatio Dominorum Do-
ctorum et Magistrorum Universitatem representantium
sub hoc verborum tenore. Eximie domine Doctor et
Magister Venerabilis. Sitis hodie hora vigesima prima in
stuba communi Collegii dominorum Artistarum ad audiendam
peticionem Venerabilis viri Magistri Stanislai Zawaczki Pici Cracoviensis
Collegiati minoris Collegii, et super ea ac aliis propo-
nendis tractandum et consulendum, Detur omnibus Dominis Docto-
ribus et Magistris duntaxat salariatis sub poena
non contradicendum. Ex parte domini Rectoris. In qua-
quidem Convocatione Idem Venerabilis Magister Stanislaus
Pici exposuit se patronorum et amicorum suorum con-
silio fretum, et auxilijs, in Italiam ingenij excolendi
ingenuis artibus gratia, tum et ad cepta in facultate
medica hic in Academia studia continuanda se con-
ferre deliberasse, volens postea et offerens se ube-
riores fructus, et labores indefessos in bonis litteris
profitendis in hac Academia prestaturum. Tempusque
hoc absentie sue laborum sedulitate resarciturum
Subque Biennio quo licere sibi ab Universitate abesse
petijt, Nichilominus diligentem Magistrum ad obeundum
vices suas ordinaturum, Super cuius peticione ex Vene-
rabilium dominorum Doctorum et Magistrorum unanimi consensu,
ac deliberatione illi studiorum in aliqua Universitate
Italie continuandorum ex rationibus et obligationibus per
eum propositis ac susceptis, Absentie duorum annorum

Petitio professionis in Italiam, Stanislai Zawaczki cognomento Pici Doctoris.

tus

tempus datum est, ita tamen ut si constiterit illum ad aliquam ex erroneis et damnatis a sede apostolica cetibus, et iniquis congregationibus, qui universitatum nomen amiserunt licet illud sibi de facto vendicant, se contulerit extunc prout exnunc liberum erit domini maiori, de illius collegiatura disponere, et in eius locum vocationem alterum surrogare

Audita est tandem petitio venerabilis viri domini magistri Joannis a Tarczin senioris Bursae pauperum cui cum ob incineracionem et conflagracionem oppidi Vieliczka census in eiusdem oppidi proventibus pro sua collegiatura emptus ad exilem summam moderatus est, illum vero labores in universitate prestan manerent. Petijt ergo ut ex Fisco universitatis, id quod per moderacionem illi ex annuo censu decessit, daretur et solueretur, cum vero complures magistri, etiam rationem damnorum incendij, similiter moderatos census allegarent, et eodem exemplo, resarciri ex Fisco universitatis peterent, Domini magna onera in universitate quorum ad Fiscum provisio pertinet considerant ac etiam exiles eiusdem fisci proventus Novamque istam in universitate propositionem eiusdem examen et decisionem in aliud tempus distulerunt. Presentibus Bedellis universitatis.

Constitutiones, siue conclusiones in Rectoratu primo, Rndi et Egregii viri domini Martini Crokier Cracouiani, Phiae ac

Iurisprudentiæ Doctoris, Canonici Ecclesiæ Cathedralis Luceorien. Et almę Vniuersitatis studii Cracouien Rectoris. Anno Domini 1558 Comutatione hyemali Canonicè electi.

Conclusio contra domesticas professorũ controuersias per totã Vniuersitatem fortia.

Quicunq; raptus in quosuis affectus facile efferuescit, vt quid deceat ipse non videat, alios recte instituere haud quaq; potest. Turpe enim est Doctori cum culpa redargunit ipsum. Proinde nos Martinus Crokier á Cracouia Phiæ ac Iurisprudentiæ Doctor, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Luceorien. etc. ac Rector generalis Studij Vniuersitatis Cracouien, cum Senioribus, Patribus, Decanis, ac Consiliarijs legittimè secundum consuetudinem per Schedam Anno Domini 1558 Die xxv Decembris conuocatis, ad occurrendum quibusdam grauibus et variis scandalosisq; controuersijs inter professores publicos minoris Collegij, quas magno cum dolore audiuimus, et ex vtraq; discordantium parte, eo quo processerant ordine sunt coram nobis expositæ,

Jad consulendum, quomodo illi et eorum similes quietius et animo tranquiliore, suis ad quæ vocati sunt muneribus respondeant, Statuimus et ordinamus perpetuoq; observand' decernimus, Vt si quis professorum doctorum atq; Magistrorum in quocunq; Collegio inhabitantium audeat contra alium verbis irrisoriis, nationes confundendo, vel cognomina imponendo, nobilitatemue ad detrahendum plebeiis opponendo, cognominationibus itidem scandalosis, fame lesiuis, aut quouis modo pungitiuis insurgere auderet, pœnam vnius sexagenæ pro cõmunitate et publicq; deprecationis toties luat, quot personis huiusmodi iniuria fuerit illata. Si quis autem in communitate quocunq; tempore inter Magistros publice vel priuatim congregatos armatus ipse venerit, aut alios cuiusuis conditionis subordinauerit exceptа pixide seu bombarda, propter quam simpliciter excludendus erit. Item: Si in alium manibus violentis, aut quouis genere iactus, vel armorum impetum fecerit, nec tamen eundem verberauerit, supradictæ pœnæ in omnibus suis punctis irremissibiliter subiaceat. Quicunq; vero aliquem crinibus vel barba traxerit, aut quocunq; modo vellicauerit, faciem aut alia membra corporis lacerauerit, et ita verberauerit, quod nulla cruenta nota apparuerit, pro pœna dnõ Rectori qui interim fuerit irremissibiliter reponat quinq; marcas, et primo ascensu in beneficio legitimè immediate eum sequente careat, et factum publice in eadem

communitate deprecetur. Si aut, quod absit, vulnerato parti lesæ medicinam expediendo satisfaciat, Vniversitati vero pœnam decem marcarum per dnm Rectorem qui interim fuerit exigendam reponat. Insuper ductus assensibus in beneficiis cum immediate et legittime sequentibus priuetur. Si autem talis fuerit aliquis qui nolit vel non possit ascendere in beneficia vniuersitatis quindecim marcas ab eodem domino Rectore vniversitatis vt pro pœna reponat vniuersitati cogatur, nec quicq; absq; consensu totius vniuersitatis eidem restituatur. Si quid verò omnium prædictorum in priuato loco, seu in habitatione alicuius factum fuerit, in medio singulæ quæ hic præscriptæ sunt pœnarum, prosingulis excessibus quisq; puniatur. Quod si vero quis importunus et pertinax fuerit, vt pœnam pro assignata sibi die et termino reponere tam in communitate quam apud dominum Rectorem neglexerit sub pœna dupli ad alium sibi præfixum terminu reponere cogatur. Tandem secundu aliam assignationem termini sub pœna tripli. Si aut non reposuerit, et ita contumax existat, vt ne tantam quidem procrastinationem curet, beneficio per eundem dnm Rectorem obtenta apud dnm loci ordinarium comissione priuetur et destituatur, ac á consortio religionu domoq; ac emolumentis omnibus siue quouis fauore excludatur, in locumq; eius statim post vnam

In habentes

Remissus pœna plus

hebdomadam a priuatione elapsam alius vocetur secun-
dum consuetudinem, acceptationeq; beneficii possessiõe
pacifica et iuxta iñunitates Academiæ quieta fruat.
Non obstantibus quibusuis statutis et Conclusionibus
super huiusmodi controuersiis aliquando decretis, No-
uis eñi morbis noua remedia sunt adhibenda.
Anno Domini 1559 Die vero quarta Mensis Ja-
nuarii auscultatis & inter statuta vniuersitatis Necnon
Statutis Maioris et Minoris Collegii adscribendis per to-
tam Vniuersitatem secundum consuetudinem per
Schædam conuocatam nemine contradicente decretis
atq; vt ad Mensas in principio cõmutatiõm legatur.
Ne quis peccatum suum ignorantia excuset sancitum.

Ad Reprimendam Studiosorum domesticam et Contubernalem licentiam Conclusiones nouiter per totam Vniuersitatem decretæ.

1. Quoniam vniuscuiusq; est Præfecti, quamprimum ex subditis
licentiam euellere, ac ne postea suboriatur prospicere, si res
suas in tuto collocare, et Reipub: incolumitati consulere velit
Proinde nos Martinus Crokier a Cracouia, Philosophiæ
et Iurisprudentiæ Doctor Cañcus Ecclæ Catedralis Lu-
ceorien Ecc. ac Rector generalis Vniuersitatis Cracouien

Videntes quanto periculo subiaccat eadem vniuersi-
Cum iam non tantum domesticis vnicuiusq; status
et dignitatis hominibus, Sed et apud exteras nationes
propter magnam licentiam studiosorum sit exosa, com-
famq; huius licentiæ penitus inquirendi, non aliam
maiorem et propiorem inuenimus, quam legum et sta-
tutorum Contubernalium remissionem. Ad reformandas
itaq; nonnullas leges Senioribus, Patribus Decanis
omnium facultatum ac consiliariis Vniuersitatis secun-
dum consuetudinem per schedam Anno Dñi 1558
Die xxii Decembris conuocatis, matura delibe-
ratione super hoc habita.

De clausione domus.

1. Statuimus et ordinamus vt clausio domus sit secunda
statuta et cõsuetudines Bursarum qui post clausionem
venerit, ante quartam aperiatur ei, et iuxta statuta
puniatur, Qui vero veniens post clausionem vesp-
mentinis pulsauerit, ceterorumq; quietem impediuerit,
puniatur pro singulis vicibus in quatuor grossis irremis-
sibiliter, Post quartam vero veniens primo puniatur
in quatuor grossis, Secundo in duplo, tertio in triplo,
quarto excludatur.

De pernoctantibus extra Bursam.

Cum Seniores Contuberniorum nec possint nec de-

bent semper facere inqmsitionem, ne ÿ qui bonis incumbunt studiis diligentius in sua quiete impediantur. Propterea Senior in eos animaduertat diligentius, quos cognouerit etiam non facta inqmsitione dormisse. Tantam vero ab eis exiget pœnam, quantam ex statuto coguntur reponere, si non reperiantur pro primo in inqmsitione.

De impedientibus cæterorum studia.

Quoniam audimus multos esse studiosos, qui vel dimicando, vel cytaris tangendis vel saltibus se exercendo etiam in hypocaustis cõmunitatum reliquorũ studia sub prætextu recreationis a prandiis sub cœnã & vesperi, & ÿs et aliis temporibus hoc fieri omnino prohibemus sub pœna quatuor gross. Si vero aliquibus hæc exercitatio placet (ne duriores in iuuentutem simus) in primatis locis vbi aliorũ non impediant studia, eandem exerceant.

De pœnarum condonatione

Audimus quoq; quod Seniorũ ac Consiliariorũ nimia benignitate et facilitate tanta licentia studiosorũ increbrescit, cum vel nullas pœnas a delinquentibus exigunt, vel cũ ostensione gratiæ, vt dicitur, paululũ recipiunt. Proinde volum-

Proinde volumus et conscientiam eorum in eo obligamus
vt statuta omnia diligenter obseruent, et secundum ea in de-
linquentes animaduertant. Gratiam vero ita præstent
// verum est in offensionibus leuiusculis
vt pro primo condonetur totum // pro secundo medium
// nihil
pro tertio // ~~medium~~, pro quarto excludatur. Vel si exclu-
sionem redemerit, omnino nihil ex eadem pecunia illi
restituatur, sed totum in communem vtilitatem Bursæ
conuertatur.

De Seniorum Officiis

Seniores suis ad quæ tenentur officiis diligenter respon-
1. deant, potissimum vero, vt disputationes domesticas
secundum statuta bis in septimana feria quarta et
sexta exerceant, ex quibus studiosi domi audatiam
discant, qua foris et in rebus seriis aliquando vtantur
commodius. Sacrificia quoque vigilias, cæteraque onera con-
tuberniorum consuetis temporibus et ipsi obeant diligen-
ter ac fideliter et per Contubernales ne negligantur ad-
curent, vt et debito suo satisfacientes liberam habeant con-
scientiam, et gratitudine hac in benefactores, alios ab
bene merendum de Contuberniis prouocent.

De pœna in Seniores negligen-
tes atque Consiliarios.

Si negligentiores fuerint Seniores in istis omnibus

et singulis obseruandis, quæ mandato nostro et hoc statuto illis præcipimus pœnam vnius floreni pro singulis negligentiarum vicibus irremissibiliter se reposituros certo sciant. Quas quidem Seniorum negligentias Consiliarii Burſarum domino Rectori deferre debent, sub pœna quindecim grossorum.

De Mandato Rectoris

Videntes quoq; magno dedecori esse vniuersitati et plurimum eidem incomodare Si mandata Rectoris pro commemoratione beneficiorum, aut studio benemerendi de insignibus personis negligantur. Paucitas enim Scholarium bonam æstimationem ingratitudo commoda vniuersitatis facile auferet. Propterea vt singuli studiosorum memores Juramenti ad intitulationem præstiti, mandatis eiusmodi a principio ad finem vsq; adsint volumus, vtq; melius cognoscatur temeraria nonnullorum mens et peierans animus. Statuimus vt ad offertorium præcant studiosis Consiliarii domus, Præpositus vero eiusdem domus interim ex aliquo loco obseruet diligentissime quinam Contubernalium non adfuerint, eosdemq; domino Rectori conscriptos defferat. Vltimusq; eos segnatur ad offertorium. Si vero per se aut per alium neglexerit, pœnam vnius floreni eidem domino Rectori reponat. Quotquot autem connuentia sua vel negligentia prætermiserit, et dominus Rector ab aliquo didicerit senos grossos toties reponet

cidem domino Rectori. In aliis vero mandatis in quibus offertorium esse non solet prædicti Consiliarii eidem studiosis præcant. Præpositus vero ad templi vel domus modo prædicto. sub prædictis quoq; pœnis observet diligentissime.

De Exclusione.

Quoniam vero multa sunt Statuta in quibus temeritati occurritur exclusione, vt itaq; eadem pœnitus a contuberniis eradicetur, Statuimus et ordinamus vt si quis exclusus legittime et secundum Statuta exire et cõmigrare a Contubernio noluerit, tantisper omnibus Contubernalibus denegetur communis mensa, et reliqua emolumenta donec illa sua temeritas debitum et decretum sortiatur effectum.

Consultato per totam Vniversitatem Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo Nono Quarta die Mensis Januarij Et inter Conclusiones Vniversitatis inscribi decreto, atq; inter Statuta Contubernior' describi mandata.

Conclusio vniuer

sitatis de Ordinario le-
ctore in Theologia

Quæcunq; illiterato et tacito consensu in cõmunita-
tibus quibusuis obrepunt, fit vt aliquando in dubium vo-
centur: quod quidem contigisse de Lectore Ordinario in
Theologia experti sumus. Nos cũ Martinus Crokier
a Craconia Artiũ et Iurisprudentiæ Doctor Canonicus
Eccliæ Cathedralis Luccorien' ac Rector generalis Vni-
uersitatis Cracovien' memores nostri iuramenti quod in
institutione in Rectoratu præstitimus, ne in aliquo Vniuer-
sitati per nostram ignorantiam incõmodemus, diligenter sta-
tuta et cõclusiones Vniuersitatis reuoluentes, in eas cõclu-
siones quæ de prædicto Lectore Ordinario in Theologia
sunt præscriptæ incidimus, iusq; patronatus et conferendi
potestatem huius Ordinarii penes Vniuersitatem totam, vt
quidem nobis videbatur, debere esse obseruauimus: non vero
penes d. Doctores, et Magistros Maioris Collegii Artista-
rum tantum, vt antea apud eosdem consuetũ erat, contra pre-
dictas Conclusiones, et aliarũ facultatũ consuetudinem.
Anno itaq; Millesimo quingentesimo quinquagesimo Nono
die Januarii post obitum Egregii ac Venerabilis viri Alber-
ti Nouicampiani Artiũ liberalium Magistri et Lectoris
Ordinarii in Theologia, vt hoc dubium, quod a consue-

tudine prædictorum D. Doctorum et Magistrorum Maioris Collegii Artistarum, et Contrariis Conclusionibus emersorat explicaretur, certumq; aliquid in posterum statuatur facta Conuocatione D. Doctorum et Magistrorum omnium facultatum per Schædam pro more recepto sub pœna non contradicendi, et prout quisq; diligit bonum Vniversitatis, hac cótroversia vltro citroq; agitata maturaq; et graui deliberatione habita Prædictus D. Rector ac tota Vniversitas omnium singulorum tunc in Cónocatione præsentium vnanimi consensu discessit a iure suo patronatus, si quod habuit, et potestate conferendi Lectorem Ordinarium in Theologia, totumq; illud exinde transfundit in D Doctores et Magistros Maioris Collegii Artistarum, vt ex eorum numero in posterum viridonens quisq; et habilis acceptare apud totam eorum communitatem hoc munus et officium possit, totiesq; ties illud vacare per cessum siue per decessum contigerit.

De Iurisperitorum Decanatu.

1. Quoniam sæpius quæsti sunt Iurisprudentiæ Professores nonnullas fieri in eorum facultate controversias de Decanatu æstimæ Cómutationis, et in eadem Conuo-

cationē Exposuerunt Vniuersitati nōnullos esse, qui subterfugiunt æstiuæ cōmutationis Decanatū, vt potiantur hyemali pinguiore. Ne itaq; aliqua negligentia cōmittatur, & vt vnusquisq; laborum suorum debito gaudeat præmio. In eadem Conuocatione D. Doctorū et Magistrorū omniū facultatū tunc præsentium, vnanimi consensu, concluſū est vt in facultate Iurisperitorū Decanatus non iam sit amplius semestris, sed annuus, quēadmodum in Theologia et Medica facultate fieri cōsueuit.

De Salario Rectoris.

Semper equidem sed hac ætate potissimū, vbi omnia vergunt in deterius, labores subterfugere et oneribus ferendis impacientes esse plerosq; præsertim si nulla præmia proponantur, videmus. Quod et in officio Rectoratus Academiæ nostræ suscipiendo atq; obeundo sæpius experti sumus. Cum propter grauissimas molestias, quæ & magnis perplexis controuersiis et nunq; antehac inter studiosos contingentibus assidue suboriuntur, et propter magnitudinem impensarū nonnulli electionem subterfugiendo, aut eandem secundū Statutū redimendo plurimū Vniuersitati faccessiant negocii. Proinde nos Martinus Crokier a Cracouia &c. ex Seniorū, Patrū, Decanorū ac Consiliariorum persuasione facta Conuocatione D. Doctorū et Ma-

gistrorum omnium facultatum sub pœna non contradi-
cendi et prout quisque diligit bonum Vniuersitatis ad
constituendum decernendum finaliter concludendum
de Salario Rectoris. Post grauem itaque et maturam
deliberationem omnium D. Doctorum et Magistrorum
tunc in conuocatione præsentium vnanimi consensu con-
stitutum decretum. ac finaliter conclusum est, vt Rector
Vniuersitatis pro tempore existens habeat in posterum
pro laborum suorum præmio quinque marcas monetæ et
numeri Polonicalis 48 grs computatas singulis
comutationibus ex redditibus et censibus, quos Pro-
curator Vniuersitatis exigere, atque expendere veteri
consuetudine et præscripto solet. Ita vt pro hyemali
comutatione vltra festum Paschatis. Aestiuali vero vltra
primam diem mensis Octobris, præmium hoc solui in
effectu non differatur.

De electione Minoris Collegæ in Senioratum Bursæ Ierusalem.

1. Post vocationem Magistri Martini Raczias in Colle-
gium Minus ex Senioratu Bursæ Ierusalem Anno Do-
mini 1559 die secunda Martii, Facta per prædi-
ctum D. Rectorem conuocatione tocius Vniuersitatis

snb pœna non contradicendi, et pront quisq; diligit bonū Vniuersitatis pro electione noui Senioris in eandem Bursam quinq; competitoribus neglectis, ex re Vniuersitatis et Contubernii Ieroſolimitani videbatur, vt hoc tempore ad extirpandas licentiæ vires, aliquis grauis, idoneus, et exemplaris admistrandū illi iuuentuti præficeretur. Quū vero Magister Gregorius Nouicampianus Collega Minor hoc munus atq; officium concedi sibi ab Vniuersitate in eadem cōuocatione petebat, cū regressu in suo ordine ad beneficiū et habitationē ad minus Collegiū vnanimi cōsensu D. Doctorū et Magistrorū omniū facultatū electus est in Seniorem cū regressu in Collegiatum, ita tamen, vt non quando ipse velit regrediatur, sed quandocunq; Vniuersitati placuerit, ad quod quidem idem ad Magister consensit. Libertate tamē de eligendo Seniore in Bursam Ierusalem Vniuersitatis reseruata, tam ad extraneos quam ad Minores Collegas.

Anno Domini. 1559. Die verò secunda mensis Martii auscultatū, et inter alias cōstitutiones seu Cōclusiones Vniuersitatis adscribendas per totam vniuersitatem scdm consuetudinem per Schedam conuocatam nemine contradicente decretas atq; sancitas.

Mandatum domini Rectoris.

Martinus Crokier Cracovianus, Philosophiae et Iurisprudentiae Doctor, Canonicus Ecclesiae Cathedralis Luceorien. ac generalis Studii Cracovien. Rector, Mandat omnibus et singulis dnis Doctoribus et Magistris omnium facultatum, vt discipulos atque Scholares quoscunque fidei suae commendatos susceperunt, et quos postea suscipient, ita manu teneant et instituant, ne inscitia eorum infamiam inurat vniuersitati, insolentiaque eandem in discrimen aliquot (quod a Repub. Polona quam longissime absit) adducat. Propterea cum ijsdem ineant rationem studiorum indies singulos, conuersationem eorum diligenter inspiciant, otiari, tabernas ingredi eos non permittant, pecuniam a Parentibus aut quibuscunque benefactoribus datam seruent, ac non nisi in vsus necessarios dispensent, aliaque curent, quae ex re esse adolescentum intellexerint. Seniores vero Bursarum non quosuis passim in studiosorum Contubernia suscipiant, sed a praeceptoribus tantum praesentatos qui bona fide polliceantur, se haec omnia praestaturos in discipulis suis, quae mandato nro illis praecepimus singulorum ad haec quartualium Sabbati diei ad Iudicium domus, testimonia praeceptorum, num eosdem a quibus commendati sunt habeant, an vero aliis vtantur, ab eis requirant

atq; eos quos vel nomine tenus Præceptores vel nullos habere
compererint, nisi nanciscantur et præsententur ab eisdem tertia
die ad summum convocatis Consiliariis, domo et a consortio
studiosorum sine quavis procrastinatione excludant, sub pœna
unius Sexagenæ per Præceptores et Seniores officiorum suorum
et mandati huius nostri negligentes reponenda. Omnium vero
facultatum Baccalaureis, studiosis autoritate et mandato Sa-
cræ R. M. mandamus ut ad festum Paschatis non alias ha-
bitare quam in Collegiis, Bursis, aut Scholis audeant, sic enim
præripientes vel impedientes hospicia, Senatoribus Regni,
Aulicis, Sacræ R. M. Nuntiis atq; Legatis externis, prote-
ctione Rectoris carebunt, nec immunitatibus Academiæ gau-
debunt. Arma omnis generis si quæ habent ad tertiam diem
apud Provisores iuramento per eosdem astricti, quod alia præter
cultellum inscissorium et scriptorium, nec domi nec foris habeant,
reponant, Quicunq; vero domi alia habere deprehendentur,
ut periuri et contumaces cum ijsdem armis statim ex Contuberniis
aliisq; domibus universitatis excludantur, et qui foris per se, aut
per alium arma deferre ausi erunt, quicquid illis ex officio Su-
premi Marsalci aut Castrensi contigerit, æquo animo ferant, nec
ad protectionem domini Rectoris, aut immunitates Academiæ re-
currant. Ne aut sub hoc nomine studiosorum infinita scelera
(quod hactenus fieri solebat) lateant utq; a reliquis hominum gene-
ribus facilius dinoscantur. Mandamus eiusdem S. R. M. auto-
ritate et mandato, ne Magistrorum, Baccalaureorum, aut studiosorum

aliquis extra limen Collegii Bursæ aut Scholæ quam inhabitat progredi audeat, aulico aut laico vestitu, sed clericalis amictus totius corporis capitis pedumque etiam sit, vt vero facilius quisque vel Parentibus significando talem vestitum habere vel ipse sibi comparare possit. Festum S. Alberti C. qui olim nouo habitu Polonorum animos induerat, et studiosis nunc innouat studia pro æstiua commutatione, vt innouent quoque nunc et vestitum studiosorum præfigimus. Quicunque autem deprehensus fuerit alio vestitu quam Clericali et studiosum decente pariter cum illo vestitu ab vniuersitate excludatur, redeundi nulla spe relicta ad eandem.

Vestitum qualem debent deferre studiosi, et sub qua poena

De Iuramento Studiosorum in armorum depositione apud Seniores.

1. Ex cuius quidem mandati articulis studiosi Contuberniorum Scholarumque omnium, hoc vno se grauari cognoscebantur quod apud Prouisores non vero apud Seniores secundum statuta et quod ad sacra Euangelia vel ad imaginem Christi in cruce dependentis iuramento corporali fateri cogerentur se nulla alia arma præter hæc quæ apud Prouisorem deponunt et præter cultellum scriptorium aut incisorium nec domi nec foris habere, cum antea iste rigor nec auditus in vniuersitate, nec vsque sta-

tutis præscriptus sit. Petierunt itaq; præfatum dnm Rectorem vt secundum antiquam consuetudinem et statutorum Præscripto huiusmodi armorum depositio fiat. Dominus itaq; Rector qm mandatum illud ex matura deliberatione et vnanimi consensu totius vniuersitatis, conuocatis per schædam more solito publicauit, ne quid consultationi et Conclusioni prædictæ vniuersitatis derogaret. Hanc peticionem studiosorum in eam conuocationem quæ Anno domini 1559 die quarta Aprilis data erat ad eligendum Procuratorem vniuersitatis et Seniorem Contubernii Phorum inseruit. Vniuersitas itaq; ne peticioni studiosorum deesset, vtq; mandato S. R. M. obtemperet, rigorem vt videbatur studiosis huius armorum depositionis ita moderauit, vt arma non iam apud Rectores sed apud Seniores deponant, et bona teste conscientia fateantur, alia se arma præter hæc quæ singuli reponunt, preterq; cultellum scriptorium et incisorium nec domi nec foris habere. His tamen qui nouiter ingrediuntur Bursas aut Scholas, cæteris articulis super quos iuratur ab ingredientibus, Seniores hunc articulum de armorum depositione adiungant. Quicunq; vero domi alia habere arma deprehendentur, vt periuri et contumaces cum ysdem armis ex Scholis et Contuberniis aliisq; domibus vniuersitatis excludantur, et qui foris per se aut per alium arma deferre ausi erunt, quicquid illis ex officio supremi Marsalci aut Castrensi contigerit, æquo animo ferant, nec ad protectionem domini Rectoris atq; immunitates Academiæ recurrant. Atq; etiam si nullum periculum eos sequatur, coram vero dno Rectore vel saltim vno teste conuicti fuerint, sine quibusuis exceptionibus et procrastinatione ex commissione

domini Rectoris per Seniorē et cōsiliarios cum adiutorio, si opus fuerit Promisoris ex Contuberniis reliquisq; domibus vniuersitatis excludantur. Complices vero si qui eorū tueri velint temeritatem, tribus diebus a mensa suspendantur et nisi resipuerint, quarta die pœna simili exclusionis puniantur.

In secundo Rectoratu Cōmutatione Estiuali vigebat pestis Cracouiē

In tertio vero Rectoratu eiusdem R̄ndi domini Martini Krokier Cracouiani Philozophiē ac Iurisprudentiē Doctoris Canci Ecclie Cathedralis Luceorien̄ ꝛc: Commutatione Hyemali

De habitu studiosorum Conclusio definitiua Anno domini 1560 Die vero quinta Februarii

Sepius questi sunt studiosi et graui se affici iniuria Coram omnium Statuum et Conditionum hominibus dictitabant quod ad vestes clericales deferendas contra veterem, vt asserebant, consuetudinem et temporum iniquitatem cogerentur: totumq; hoc preiudicium non tam in Sacr. Mtis Rx mandatum et Vniuersitatis totius decretu quá in Rectorem Vniuersitatis Martinum Krokier a Cracouia Iurisprudentie Doctorem Ecclesie Cathedralis Luccorien Canonicum transferebat Proinde nos Rector predictus apud studiosos et apud reliquos homines testatum esse cupientes quod non temere, nec propria adducti voluntate fecimus, quicquid de habitu clericali et studiosos decente in hunc vsq; diem a nobis attentatum est. In ea igitur Conuocatione que ad prouidendum super Altari S. Bartholomei in Cathedrali Crac: sitú vacans post mortem Egregii olim viri doctoris Nicolai Vieliczka facta est, primum ad totam vniuersitatem per schedá more solito conuocatam hoc negocium maturius tractandum et deliberate truthinandum induximus, ommium tandem facultatum Doctores et Magistri hunc in Conuocatione pntes, animadverten. non esse tutum a mandatis S. Ry Mtis

recedere vel eadem quouismodo violare. his
presertim qui eiusdem S. M. R. tutela et be
nignitate assidua egent. Circa mandatum S.
M. R. standum esse. et Statutis maiorum suo
rum atq; Conclusioni superiori Vniuersitatis
que super habitu hmoi superiore Anno in eod
Rectoratu lata et promulgata est innitendum
Leuis siquidem hominis est quod semel pla
cuit postea displicere. Si quid aut periculi q
absit. alicui studiosorum ex hniusmoi habitu
sequatur. nec ipse dederit occasionem. pollice
tur eadem Vniuersitas se tuituram pro viribus
suis hmoi iniurias si modo tempestiue, absq;
tumultibus quibusuis apud D. Rectorem pro
tempore exntem cum preceptore suo et Senio
re Contubernii in quo tunc manebit exposuerit

Ut autem periculis hmoi facilius occurratur et
mandatum Rx Mtis atq; Statuta et Conclu:
siones Vniuersitatis in vigore seruentur. vo
lumus et concludimus vt singuli studiosorum
in Collegia Bursas et Scholas suscipiendi apud
do. Rectorem pro tempore exntem manu
stipulata promittant se in habitu clericali et
Studiosos decente quoad iuribus et Statutis
Vniuersitatis subiacebunt et quociescuq; ext
limen domus quam inhabitabant progre:
dientur incessuros. Nec seniores Collegiorum
Bursarum scholarum audeat quemq; susci:
pere sub pena vnius Sexagene fisco Vniuer

Sed constitit id R. mti omnino placuisse Rad. sub a. 1559.

Rector ab intitulandis, debet promissionem, deferendo clericali habitu cuique

sitatis applicande anteq̃ Consensum et Significatorium D. Rectoris viderint

De electione Senioris Burse pauperũ post abolitam optionem Decreto totius Vniuersitatis

Quoniam orta erat grauis et scandalosa controuersia inter Seniorem Burse pauperum ex vna, et studiosos eiusdem Burse partibus ex altera. Dominus itaq̃ Rector tunc existens volens occurrere, ne hmoi controuersie, que possint esse dedecori Vniuersitati magis ac magis serpant adnocatis ad se partibus p̃dictis, et auditis earundem propositis et rñsis, testimonijq̃ depositionibus diligenter etiam cum publico Notario examinatis, et propter discutiendum ac definiendum maturius in eandem Conuocationem in scripto productis et lectis, quid quisq̃ D. Doctorum et Mgrorum de ista controuersia senciat ordine et more cõsueto requisiuit. Totius itaq̃ Vniuersitatis D. Doctores et Mgri oñm facultatum animaduerten̄ tam Seniorem quam Studiosos occasionem dedisse tanto scandalo vnanimi consensu vtrosq̃ puniendos decreuerunt ac in instanti puniuerũt. In posterumq̃ statuerunt et concluserunt ne amplius Senioratus Burse pauperum per optionem Magistrorum minoris Collegii sed per electionem do. Doctorum et Mgrorum Maioris Collegii Artistarum conferatur

De Propinis Seniorum in Contuberniis

Sæpius item questi sunt studiosi et Studiosorũ mecenates se grauari quoties ingrediũtur Cõtuber-

nia et conuictum studiosorum magnis, nec ante solitis expensis que vulgo Propine dicuntur. Proinde in eadem Conuocatione super ea quoqz re ab omnium facultatum doctoribus et Mgris matura et longa deliberatione premissa conclusum est ut in posterum Propine per seniores accipiantur secum antiquam consuetudinem non sint minores quam sex grossorum: amplius nil seniores exigere presumant sub pena vnius Sexagene Rectori vniuersitatis persolnenda nisi quis ex liberalitate sua et pro qualitate habitationis velit plus offerre, eorumqz qui antea in eodem Contubernio manserint et expensas aliquas circa liberalia studia, tabernarijs neglectis, fecerunt maiorem semper habendam rationem volumus quiuis et hic volenti iniuria fieri non potest.

Auscultat. per totam Vniuersitat. prima Marcij Anno dni 1560

Anno dom 1561 die Augusti prima venerabilis dns Hyeronymus a
Staschitzen decretorum doctor Canonicus Cracoviensis et Notarius sumptuosus suus
Canonicus Cracoviensis in absens prebendarius et deputatus residentiarius suus
habitator in Collegio dicte Canonicalis sitt. quo Canonicus Albertus fuerat
Cameram et habitatoz suum in alio superiori supra caminatam suam
maiorem quo vetustus Collegium Canonicalis protenditur. et quo semper
plena vice ad duos doctores pro tempore Canonicos Cracoviensis spectat et
pertinet. Item hostium seu portam quam ipse d. doctor Hyeronymus de sua
domo a habitatore Canonicali semper liberam. versus predecessoz Canonicos
Cracoviensis ad Collegium Canonicalis. huiusmodi eundi et aque hauriendi et fontis ob-
tenti prefati. Legum observatis et alia impedimenta nisi de iure. in quo
ad presens possessio reperitur. et nisi per nos reperta et declarata sit, absq;
impedimento et contradictione alicuius et d. doctoris Collegium Canonicalis
inhabitantibus. pariter et semel. liberum ingressum ad Collegium. prefati
d. doctor Hyeronymus Cracoviensis Cracoviensis habuit et sui predecessoz Canonici
habuerunt. Venerabili d. Martino Krokisio decretorum doctori Collegii et
habitatoni sibi contiguus in qua stuba communis domus Collegii habetur
possessio. Cameram et habitatoz superiorem supra caminatam suam sitt.
sui tamen molestia. impedimento et impedimento. prefato dno Canonico
per ipsum d. doctorem Martinum inhabitand. Nec non hostium et portam
prefatam muro erudire ymmisit et reemisit. sua in presentia seu
suorum potissimum ne ad eam eum et remissum dictum habitatorem
ingressus exercet. Ea lege et conditione. ut hactenus seu suorum
Canonici Cracovienses prefatos habitatores habeat et sui habitatoni
absq; ipsius dicti doctoris Martini Krokisii et suoz successoz remissione
introductione seu impedimento admittat et in statu suo reducere
et remittere. De quo prefatus d. doctor Hyeronymus solemnit. protestatus est:
Die 24 Septemb. eiusd. anni 1561. postq; prefatus d. Hyeronymus Collegiatum
Domus et beneficia. nimirum Canonicatus d. Anne et Altare S. Barthol. in arce Cra
in pago Kleparo vicis. quo tot labor in archadem Cracov. p 20 fere annos
integre possidet. in rebus suis amplectat. in manu sua et Consilium domus
et mortis sue habet resignauit. subrogatus est in domum prenotata et possi-
sionis eius in pleno iure et dominio nupta Kmetem et eum consuetudinis
reinstrate assignat. per prenotatos reinstratos duos legios Martinum pulsinum
Collegium domus Anne et Canonicatus S. Anne seu prima vacatur. Albertus vacat.
Collegium Collegii mei Collegii et in Strongyostia platea Nobis Erasmo kempfi
Honoris Petro Sixtyni Sacre auctoritate Notarij publici. Nec no honesti Barthol.
Schalgubey et alioz. fide digna ad premissa vocatoz et rogatoz.

gloss: doctoris Hyeronymi et portam et habitationem

Conclusio de lorata domo D. M. Nyro fabri à Suprey.

1. In nomine dei Amen Anno eiusdem 1562 die Septembris xvj fuerunt congregati
"sub pena" per sindicum" inrate obedientie et prout quilibet bonus universitatis
singulus exhibetur, sub hor tenore verbor. Ryde pr egregios dnos doctor. et
Rector Nicolaus de Schadek I. C. magros Nicolaum Schadek I. C. Medicine famultatis doctor Italicus. Comp.
et universitatis honori in romano consulere et sua rendicium promotio-
posset cum in animo. conuenisse domum universitatis in platea fratrum
pro lorandis in ea studiosis Nobilibus, et alijs honestis. Idco fuit habita hora
in Collegio Maioris ad id tractandi et determinandi, firmum consilium et eadem do-
mo ubi solueret, et ad consignandas egenas et honestas cubicula pro rectoris
sub pena debite obedie et prout eligit bonum vide dict. doct. et magros
omnibus salariatis. Et ita Rectoris Audita est petitio cuiusdam de fidelis
domum prefatam (alijs congaris pro conductione p eadem conscissam) sub certis
conditionibus tenenda sibi ad vitam postulantis Huic gra. post longum et diligens
deliberatum et vote fuit cum consensu est p. R. prem doctor Nicolaum a Schadek
Comitem Cesar consiliarium studij ete ad tps Rectoratus. Locandam et locatam esse
domum predictam de fidelis Sacerdoti, ad vitam cuius dumtaxat tps his gloriabus
principijs Quod prefatus M. fidelis teneatur et sit astrictus in eadem domo tenere
Qualitas inhabitantiu. Scholares seu pueros aut adolescentes ingenuos, mansuetos studiosos gentis et mores
fuerint. deprendat causa Cesar adiungerint et si voluerint eorum mensa ami-
cicie cosci exercere. Salua in omnia salaria, de quo mihi mihi cum de fidelis
et ipsos inhabitatores et conuictores conficiat, componendi facultas. omnium
cuius salarij merces non debita et petita prejudicio. Imo adiungatur. prefatus fidelis
Deinde ex prefatus Magr fidelis teneatur et sit astrictus ratam omnem debitam et debitis
Summa census et rate. mulctam singulis annis soluere triginta pensorum Austrias. Item polonicos in mensa
dei promotor. ubis. Medium pro festo Sancti Martini. reliquum vero pro festo S.
Michaelis in autumno sequendo soluere primam ratam Anno dei 1562. finiturus
cum primi lorator. pro festo cod. S. Martini. Continuando de anno in annum
donec vixerit et prefatum dominum tenuerit Et conditionibus ordinis sup et
infra descriptis satisfecerit. quas si non fecerunt et de hoc legitimum admi-
nitus satisfacere neglexerit. potest et debebit conductus cuiusmodi locum residi
Moderamis de inhabitantibus Item ex non faciat domum Conpotatorum nec hospitem diuersorum pregustorum
quorum tumultuaria vita et rendicia ingenuitudini studiosis fauorat.
Rector. Si studentium et pueritor scholarium desiderii gra Cesar veneranda tenere
regia defuerit. per quas habitatores domus prefate pro sua commodo

vplen non possunt. Letzbei auch M. f. S. Sartdeker st minsens rendirenes
semptos sin heues sustepere a fenere / Alexanders enim st arbitrius / Modo omnes
schal atgg adeo alle domini non fuerint dekenen

Debet insuper domum intra et extra munde seruare. ab imminentibus omnibus et promissio ver-
periculis (gnedig er es frei patsch) deligenter custodire. Ab igne, ruina, et gri- esserung
husheit damnis impendentibus (vltra tenuem sumptum vltra summas vnsers pfar- vbera domi-
hern) prouidere, tecta et tungen prepanen vnsleder ar prouidere vnnz et vnsg

Item q presentem rendueriz Adam Rabetzki debet vsgg an seines pasthi gerind
am 1562. sequentes solueren. et nem so humanitz vnnerwirt de schatzing
et vnsen rendigne pro tanem temporis atgg habitanem rumponere

Item auch vnsch Hegn schins. hensche vnsrennet st laboren in gymnasio promittirt
pestinz habita tanen. dum vnanetit per vespensionem publicam in semb-
lata medin quam profitetur. vnd dasselbem vnsch essrabi st vt mo:
nis est vnnerperati. (Cerabring. inrabring. st ipsen fezmarn" auch st beste: " promittirt
zen in auch semlich schuldigen vnanetit prouidere

Has aute rendueriz sequentes descriptas pactatus Hegn et Andreas Schig Sequens pena non
knebten et vnt assentirt et obligatus semacht sub refassione vnsch vnnbarkeit stante reni-
(premissis in vt prius dicta ist fruteren et legatten adnominand) per Rectorem dembus
et vnschaften eins dreimende. et per ipsum vniuersitatem compelanda
Hegn vnnerstendinen in vnsch vniuersitat obseruare solutum:

Item gnedigen vnnderlassen st eim vede finte Hich. der Schichtung a Clepatz St. Non gstrafte
p. Bernard erchs Collegii S. Florian et vnstrauwillung vnsch vbr Cancell Rhet: adnitatis
ting Crakaw Cant. Iurisperitissimi doctor in sch admittatisch predicte vnnderzeit
et professi fest si nolle ad vetam lonez domum allum, Non gi non sanctorum
pepine dei sch schig et vnderiom eins, sz ne per hater vnt ffentlichen abgd
obrigkeit, grad a domin et vnsch obsse possit absein, Confessoring nihilomin
et fundig bonis vnderwdy seng et pfassig lonzichen auch D. sch schis domus
pfessa dei Virginis in Heinring. nigta statuten gemeinsch gen dis vbigg
pest planing et vnpetens vnsern fuezig:

actum in domo Collegij Hanstig vnsch Cant
anno et die mense et hora quibus supra:

Die gehen Art dopp: antworten schig — Consultata et approbata per
(hye st. hi: schrigten ist et vnsdeutsch — totum Venitem die 23 Septemb

possessio domus

Die jouis 24 septembr. anno 1561. possis presentibus d. Felice Sieprij Collegiatum Marie domus et beneficia minora Cremonensis S. Anne et Albert sub Bartholomeo in ara Crucis in pago Brandenburgk per eos labore in Archidiacon. Cruc per eo fore aliter integros presentes in ordine suo acceptatur in ma. mus ipsi et Confratrie domus et mensis ejus labores assignavit Introductus est in domum prenominatam et possessem eius in gloria nris et domino nostro Jesu Christo et vim confessionis premisse accipit. per prenominatos dominos d. decanum Magistrum Martinum Pelsium Collegam maiorem Collegij et Canon. S. Anne Ju[n]iorem venerabile virum Albertum vandergoerstium Collegae minorem Collegij et in Sharnego sacre plebanie Nobile Erasmi kemnitzky Sacre Regie Cubicularij. Honorabile dominum Sieprij Sacra Authoritate Notarij publici Nemine contradicente Bartholomeo intelligatis et ubique fide digna ad premissa requisitos et vocatos.

In Rectoratu Rndi dm Ioannis Turobini, Artium et I. V. D. decani Cruciferi, et Canonici Eccle Cathedralis Cracovien.

Conclusio super admissione ad respondendum pro loco Mgri Felicis Sieprij artium et medicine D.

Anno dom. 1562 die vero 7ma februarij facta conocatione Doctorum ac Magistrorum in hypocausto coram Jnclitis personis ad audiendum petitionem super admissione ad responsum pro loco, per presentationem dominorum Procancellarij ac consilium Crac. prefati Mgri Sieprij Romani per Collegam medicum in. V. in medicinis promoti, ubi visis primis literis super promotionis admissus est ad responsum pro loco, salua in omnibus primis literis reservatione, et facultatis medicine archimagici et collegij medicorum, eaque dein verificata facta per Legatum Pontificium Ro. pre Crac. prefatos, eumque verificatione statuta acta per notarium in libro actorum est missus sub eundem dominos rectorem Jnclitum Rectorem. Deinde et dicto responsum, per eundem Rectorem ad singulos sibi vicissim dominos Nicolaum a Sladek, Sigismundum a Stryczo, et alios de consilio collegas in medicina facultatis DD. ultimo agentibus est prefixa, Conclusio autem facta est super petita admissione per eundem Rectorem ac egregios dominos Nicolaum a Sladek Thorolonium Sigismundum a Stryczo Jnclitos Adamo Natta ac alijs facultatis doctoribus ac magistris.

D. Felicis Sieprij responsio pro loco

Hic sunt expuncta clausulae dilapsi

omnium dominorum Doctorum ac Magistrorum Universitatis Cracoviensis salari-
atorum per schedam sub pena iuratae obedientiae singulis
exhibitam, hoc tenore verborum, Egregie domine Doctor ac Magister
Vnlis Sitis hodie hora XIX in Hypocausto communi Collegii maio-
ris artistarum ad tractandum consulendum ac finaliter con-
cludendum statuendum ne sit aliquid [illegible]
[illegible] Collegam minoris Collegii [illegible]
[illegible] praeiudicium ac incommodum statutorum privilegiorum
et consuetudinum Universitatis [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] tractandas sub pena [illegible] obedientiae et iuratae. Et prout diligi-
tis bonum Universitatis, detur omnibus Doctoribus et Magistris, dum
taxat salariatis, ex parte Rectoris. Post longam et maturam
deliberationem dominorum Doctorum ac Magistrorum, bonum ac commodum
Universitatis, necnon pacem et tranquillitatem diligentium, semperque
Iura, privilegia, constitutiones ac consuetudines in sua integri-
tate ac robore conservare ac retinere cupientium [illegible]
tione praesentium, finaliter conclusum est [illegible]
[illegible]
[illegible] quomodo aut
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] D. Adamo [illegible]
tello [illegible] Albertus de Posnania medico, Martino
Pilsnen Nicolao de Bodzeczin Martino de Raczyxsz artium Decano.
Cuius quidem convocationis tenor talis erat Egregie domine
Doctor ac Magister Vnlis Sitis hodie hora XVIII in habitatione
mea ad consulendum ac finaliter concludendum quomodo
[illegible]
[illegible]



privilegia ac consuetudines universitatis sub pena obedientie
detur Senioribus patribus Decanis facultatum ac Consiliariis
nostris ex parte Rectoris. Factum est ut mandabat adsunt p
fati omnes. Hi expensis legibus privilegiis consuetudine quibus
vim fieri voluerunt, grata et firma illa esse debere censuerunt
Cerumque deliberatione facta obviare in futurum astutissimos ansi
bus volentes consuluerunt atque una cum dno Rectore conclus

[illegible]

Acta sunt hec in Rectoratu sedis Rndi domini Joannis In
robini Decani Crucifixum et Canonici Eccle Cathedralis Chelmen
Collegii Collegii Jurisprudentium

Quod est te
mere et tur
piter deletum per
hominem factiosum
legi potest in secundo
folio restitutum
In Rectoratu
D. Sebastiani.

In Rectoratu quarto Rndi & Egregij viri domi Martini Crokier de Cracouia Phiæ ac Iurisprudētiæ Doctor Canonici Eclesiæ Cathedralis Luceorien & c. Et almæ vniuersitat studij generalis Cracouien Rectoris. Año dni Millesimo Quigētesimo Sexagesimo secundo, Canonicè electi Conclusio.

Anno dni Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo. Die quinta Nouembris facta est conuocatio. per Rndum Martinu Crokier Iurisprudentiæ Doctorem Canonicu ecclæ Cathedralis Luceorien & c. ac Almę vniuersitatis Cracouien Rectorem, hoc verborum tenore Egregie doie Doctor ac Mgr Venerabilis sit t. d. hodie hora vigesima in stuba Collegij maioris, dnorum Artistaru, ad tractandu & consulendu, quo pacto sunt reuocandi lectores, et collegiati absen & an sit procedendum con eos, ad priuationem officiorum, & collegiaturaru. Ad prouidendumq & consulendu quomo discordiæ & controuer-

siæ inter professores oim facultatum vniuersitatis exortæ, occasione
certè protensæ conclusionis Anno præsenti. die decimaseptima Iunij
& vndecima mensis Iulij factæ sopiri debeant super his & alijs pro
ponendis sumè necessarijs deliberandū & concludendū. Sub pœna
non condicendi. & prout diligitis bonū Vniuersitatis. Detur omnibus
Doctoribus & magistris, duntaxat salariatis. Ex parte dni Rectoris.
In qua quidem conuocatione. dni Doctores & Magistri tunc congregati
quo ad primū articulū, decreuerūt con absentes professores & lectores
procedendū esse. secundū antiqua statuta & ex præiudicatis. Quo
vō ad aliū articulū, de tollēdis controuersijs & discordijs occasione
prætensæ conclusionis anno præsenti die decimaseptima Iunij & vnde
cima Iulij in Rectoratu Vnrabilis Ioannis de Thurobin decretorum
doctoris, con pntatū & psen ad Senioratū Bursæ Iuristarū factæ &
in librū conclusionū Vniuersitatis inscriptæ, pro bono pacis int profes
sores oim facultatū conseruan, & ex certis causis animū dnorum Do
ctorū & magistrorū mouentibus, matura & satis longa delibera
tione præhabita, dni Doctores & Magistri totā vniuersitatē repsen
tan dictam prætensam conclusionē & inscriptam int cōclusiones
vniuersitatis annullandā cassandam, & abolendā decreuerūt pntiq
decreto annullāt cassāt abolent seu aboleuerunt quo vero ad futura
tempora, ne fiant eiusmodi pntationes sub priuatis sigillis dni, de
creuerunt per Rectorem Decanos & consiliarios in tales animad
uertendū, & digna pœna pecuniaria puniendos. Ita tamē ne do
minus Rector pro tēpore existens daret occasionē aliquā similes
præsentationes faciendi, Auscultata aprobata per dominos do
ctores & magistros totam vniuersitatē repsentan, ad hoc specia
li conuocatione per præfatū dominū Rectorem conuocat Anno

auscultata

domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Tertio Die de-
cima septima Mensis Martij :-

In Rectoratu primo, Reuerendi domini seba-
stiani a Clepats, ibidem ecclesie sancti flo-
riani Decani, et Academie pisanntellarij, the-
ologie professoris, Anno 1563 comutatio
estiuali ad eum magistratum legitime electi

Die martis, undecima mensis, in conuocatione vniuersitatis
ad ampliandam domum lapideam, à Hagenwiesski p
Rmum dominum plotensem emptam, pro ea q philoso-
phorum bursa vocabatur, suprascriptus dominus Rector,
expressis vocationis articulis, solutionem huius
libri proxime antecedentem, per antecessorem in Recto-
ratu suum, dnm martinum Crokerum factam, omnibus
tum presentibus, dominis Doctoribus et magistris vide-
dam exhibuit, et ab eis, an hoc illi placeret, interro-
gauit, vbi maior pars, facta ipsius damnauit,
illi tantum subscribunt, quos ibi cum foeda deleta, sta-
bant scripta
In eadem conuocatione, idem q supra dominus Rector
cum dnm martinum Crokerum, in vno Rectoratu suo
conclusione solemnit factum, de puniendo pro quod
opera, cuius beneficio Kokerski, nō inscripsisset in hui
libro conclusionum, quemby hui presentibus dominis Doctori-
bus et magistris publicauit

Die septima Julij.

In conuocacōne dominorum consiliariorum vniuersitatis per dominum
Rectorem ad horam decimamnonam facta; ad approbandum
uel cassandum Decretum Rdi dōi Martini Krokieri, quod in suo
Rectoratu ad instantiam cuiusdam instigatoris officij sui, con Re-
uerendum dnm Doctorem Joannem Turobinum in causa censuum
altaris pro lectore institutionum imperialium fundati fuit, a quo
sua dominacio ad Rectorem futurum et consiliarios tunc v-
niuersitatis appellauerat ad prosecutionem sue appellacionis
prefatam conuocacōnem sibi fieri p dnm Rectorem postulauit, ab-
soluto principali negocio, Reuerendis dnis consiliarijs omnibus,
concordi sententia visum est, et placuit, ut Conclusio q erat
Anno 1562 die Julij 11 in Rectoratu Rdi dōi Doctō-
ris Joannis Turobini p vniuersitatem legitimam congregatam
facta, et in hoc libro scripta, p Rdum dnm Martinum
Krokierum in Rectoratu illius successorem et quosdam quos illa
tanclusio perstringebat et poena subiiciebat, est nō solum scripsa
nouo cassata & deinde foedissima atramento abducta retinua-
retur & rescriberet, ut posteri illam legere valentes, iudicent
recte ne illam prefatus dnus Crokierus cum suis, cassauerit, et ta
turpiter posuerit. Cuius tenor sequitur

Ad abolendam quorundam Doctorum ac Magistrorum
licentiam qui sibi licere putant non expectata præ-
sentacione Rectoris sub sigillo vniuersitatis, si-
gillis suis et priuatis, in præsentando ad benefi-
cia vniuersitatis vti posse conclusio.

